



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

B. Ambrosivs Sansedonivs C. 20. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

R T.  
oire.  
pitū  
ndo  
ene-  
ner-  
opus  
o li-  
osit,  
rāt,  
, ab  
dæ-  
nos  
nte-  
nus  
vel  
in-  
tā.  
art.  
m  
lus.  
Mi-  
i in  
nc  
nuò  
nt.  
na-  
tus  
ulo  
um  
iis,  
ue-  
per-  
ou-  
20. M A R T. *Vita Sanctorum.* 169  
ambulavit, & dextrâ hunc, illum sinistrâ molliter prehensos ad litus eduxit, mox meliore aquâ, & Christiano ex more mersos matri restituit incolumes. Atque his miris filium etiam Ducis Radbodi ad Christum pertraxit, sed nō Radbodus ipsum. Nimurum jam sacris undis etiam iste admovendus, cùm ex WVLPHRANNO intellexisset, Majores suos, Duceſque Frisorum omnes (qui quidem superstitioni dediti fuissent) inferis damnatos esse, exclamavit improbo joco, malle ſe cum pluribus & Majoribus suis etiam apud inferos, quām ſine hiſ, & cū pauculis aliis apud Superos degere. In hāc ſententiā ludi- bria dæmonis mali firmarunt, qui au- reos illi montes, certè aurea palatia pollicitus eſt. Et jam iverat legatus à Radbodo missus, qui Deorum munera inspiceret: jam inspecta probaverat o- culus fascinatus, cùm ſocius, quem WVLPHRANNVS addidit, vana ædi- ficia unico ſigno crucis omnia deſtru- xit. Radbodus interea prius, quām nun- tii redirent, ad illos ſuos plures abiit. *Ex Lippeloo.*

B. AMBROSIUS SANSEDONIUS C.  
20. Martii.

S Enis ortus AMBROSIUS SANSE-  
DONIUS natalem noctem commu-  
nem cū D. Thoma & Iacobo Meva-  
L 5 nienſi

niensi habuit. Eam ne candidam orbis dubitaret, tergemina calculo suo Luna notavit; manè deinde vox probavit pueruli *ad scholas, ad scholas* conclamantis, qui quidē causam clamoris rogatus, tres Principes Doctores natos respōdit. Porrò AMBROSIVS infans manibus captus pedibusq; ea vincula in æde D. Dominici rupit. Viros Religiosos in nutricum brachiis risu salutabat, nec alio magis quam imaginū aspectu delectabatur, profanas longè repellens, sacras osculis fatigans. Iam septennis VIRGINIS officiū quotidie solitus est persolvere: novennis verò jejunia pane & aquâ sancta habere: insuper quot hebdomadis, die MATRI VIRGINI dicato, V. egentes hospitio excipere, ut illud etiā Angeli ambirent, & modulos suos adderent. Fugam è mundo meditati, & declinanti, nescio quod, epulū geniale, Proteus Orci eremicolam mentitus suadere cœpit, primam ætatem suo exēplo voluptati libaret, senectutem DEO littaret. At improbum consiliarium AMBROSIVS signo crucis pepulit. Iamque D. Dominici, jam Alb. M. discipulus, mox ipse Doctor sacrarum literarum Lutetiæ, tum Coloniæ fuit. Atq; ut sci remus unde doctrinam suam haberet, visa est palam Divina columba in aure loqui AMBROSIO, quæ ille ad concionem clamaret. *Ex Ann. Domin.*

S. BE-